1530. E 12. 9bris.

# Andreas Cricius Episcopus Plocensis Sigismundo primo Regi Poloniae.

50

Sacra Regia maiestas Domine Domine Clementissime. Humillimam servitutis nostrae commendationem describimus Sacrae Maiestati vestrae licet prolixe necessaria tamen acta dictaque nostra in hiis concordiae tractatibus mutuo inter nos habita ex quibus intelliget Maiestas vestra quo pacto negotium istud transegimus et ut aliter illud transire non potuerimus. Supplicamus ergo maiestati vestrae ut ea non gravatim audire et boni consulere labores nostros dignetur exupiet ex progressu tractatuum Maiestas vestra quod illi qui indigna magis concedere vitabunt ad digniora fortasse descenderunt. Commendamus nos humiliter Sacri maiestati vestrae Ex Romania 12 novembris millesimo quingentesimo trigesimo—